

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo t
cum uariis

Omnia suo bono constant. Vitem fertilitas commendat, sapor uinum, et uelocitas ceruum; quam forcia dorso iumenta sint queris. In cane sagacitas prima est, si feras inuestigare debet, cursus, si consequi, audacia, si mordere et inuadere. Id cuique optimum esse debet, cui nascitur, quo censemur. In homine optimum quid est? Ratio. Hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est, cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet et leones, formosus est et pauones, uelox est et equi. Corpus habet et arbores. Habet impetum ac motum uoluntarium et bestie et uermes. Habet uocem sed quanto clariorem canes, acutiorem aquile, grauiorem tauri, dulciorem et nobiliorem luscini?

Seneca LXXVII. epistola ad Lucilum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

omnia] omnis v² L¹ L²; suo] sub P V¹; constant] constat v¹ v² L¹ L²; uitem] uite P V¹ V² L¹ L²; fertilitas] fertilitatis (*cor. sub lin.*) B; sapor uinum] vinum sapor P V¹ V² L¹ L²; id] illud P V¹ V² L¹ L²; nascitur] nascetur P V¹; optimum quid] optima quidem P V¹ V² L¹ L²; hac] hec V² L¹ L²; animalia] cetera *add.* P V¹ V² L¹ L²; satisque] satis superque L¹ L²; ualet] id est fortis *add. supra lin.*) B C M, est fortis videlicet P V¹ V² L¹ L²; lucinii] luscyni P V¹, lusciniae V² L¹ L²; Lucilum] Lucam M